

Decif. Aurearum Pars II. Lib. I.

- 29 *In Confirmationis forma exprimitur omnia ad illam necessaria.*
 30 *Cognatio spiritualis ex baptismo, & confirmatione oritur.*
 32 *Nec non inter confessorum, & poenitentem.*
 31 *Cognatio spiritualis quid.*

De Sacramento Confirmationis. Cap. V.

DEinde considerandum est de sacramento Confirmationis, post expletum tractatum de sacramento baptismi, & hoc quidem convenienter: tum, quia sicut Baptismus est ianua intrantium, ita Confirmatio est Sacramentum primum progredientium. Undemum igitur hunc tractatum in nouem partes. In prima, agitur de eius definitione. In secunda, de eius institutione. In tertia, de eius necessitate. In quarta, quibus sit exhibendum. In quinta, a quibus conferendum. In sexta, de eius materia, & forma. In septima, de eius efficacia. In octaua, an sit iterabile. In nona, de ritu & celebratione huius Sacramenti. Circa primum ¶ dic, ¶ Confirmatio est consignatio facta cum Chrismate in fronte baptizati ab Episcopo, cum certa forma verborum, ad aucter consentendum nomen Christi. Vbi notandum, quod in hac definitione apponuntur quatuor, quae sunt de substantia huius sacramenti, scilicet duo ex parte sacramenti in se. i. materia chris-matis, quod est oleum cum balsamo ab Episcopo sanctificatum & consecratum, c. presbyteris, & c. seq. de consecr. dist. 4. Secundum est forma verborum. Alia duo sunt ex parte ministri, scilicet dignitatis Episcopalis, c. de his, & c. manus, de consecr. dist. 5. Dum dicit ab Episcopo, & intentio debita, quae debet esse in quolibet Sacramento. glos. in c. dedit, 1. q. 1. Et nota, quod haec definitio competit Confirmationi, prout est Sacramentum: nam Sacramentum est inuisibilis gratiae uisibilis forma, ita ut eius similitudinem ge-

rat, & causa existat. c. figurum, de consecr. distin. 2. Sed haec definitio competit confirmationi: habet enim significatio-nem gratiae in ipsa limitatione sensibilis olei: quia unctio uisibilis, & exterior signum est interioris, & inuisibilis unctionis, cap. 1. de sacr. unct. & habet efficaciam in collatione gratiae ad plenitudinem sanctitatis, c. 1. vers. auget. & §. per frontis, de sacr. unct. Et nota, ¶ quod Chrisma dicitur à Christo, non secundum nominis formam, sed secundum fidei rationem. A Christo uero Christiani dicuntur, tanquam uncti deriuentur ab unctio, ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cuius nomen oleum est effusum. Et talis chrismatio alio nomine dicitur Confirmatio, quia per eam Spiritus sanctus ad augmentum datur, & robur, d. cap. 1. §. quia uero, in fi. & §. seq. Ex quibus uerbis colligitur, ¶ Confirmatio sit sacramentum distinctum à baptismo: nam quemadmodum in uita corporali praeter generationem, per quam uita acquiritur, requiritur actio, per quam homo perducatur ad augmentum: sic in uita spirituali praeter generationem spiritualem, quae fit per baptismum, per quae uita acquiritur, requiritur etiam actio spiritualis, per quam uita spiritualis ad perfectam uirtutem deducitur, quod quidem fit per Confirmationem, per quam datur Spiritus sanctus ad robur, cap. 1. de consecr. dist. 3. De institutione uero huius ¶ Sacramenti multiplex est opinio, iux. D. Thom. in 3. par. q. 82. art. 1. cap. 1. Sed dic, quod fuit institutum à Christo, quando pueris sibi presentatis manus imponerat, ut patet Matth. 29. & Apostolis prohibentibus, dixit: Sinite paruulos uenire ad me. Vnde quemadmodum alia sacramenta Christus per seipsum primo exercuit, sicut patet de Eucharistia, quia ipse corpus suum primo consecrauit, & formam consecrandi Apostolis tradidit, sic & sacramentum confirmationis per manus impositionem exhibuit per seipsum, ut dicit Turrec. in c. quando, de consecr. dist. 4. Et non obstat quod in euan-